



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

XI priores dies complectens

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1863**

In Acta Sanctorum Diei X Januarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72708)

Nor. 183. S. Adelardi Epitaphium vide *tom. 4. Galliae Christianae*: item translationem, *an. 1263.*

Nor. 184. S. Defendentis Acta, quae Ferrarius Bergomi esse ait, ibidem non reperiri constat, facta diligenti inquisitione anno 1668: accepimus autem aliquid ex Bergom. *Hist. quadripartita de eo.*

Nor. 185. Seraphini della Porretta Vita Italica in-4, per Mich. Pium exstat.

Nor. 186. Stephanæ Quinzane Ord. Præd. Vita Italica in-4, exstat etiam.

Nor. 187. In App. B. Odino. Non satis probatus ejus cultus: cujus defectu frater ejus Eber-

hardus etiam debuit poni inter prætermis-  
sos.

Nor. 188. Silvester Trainensis ex Cajetano ponendus inter prætermis-  
sos ad 2 Maii.

Nor. 189. Corbeia petendum vetus S. Adalardi officium a S. Geraldo compositum, ut dicitur in Vita 5 Apr. n. 14. Statuta ejusdem S. Adalardi habentur in tomo 4 Spicilegii.

Nor. 190. De S. Defendente vide Caroli Ep. Historiam Novariensem *pag. 23.*

Nor. 191. S. Adelardi Statuta in Spicilegio. Locus ex Vita appensus *pag. 472* in Chron. Centul. *ibid.*

### IN ACTA SANCTORUM DIEI VI JANUARI.

Nor. 192, *p. 324.* De S. Pompejano consultus omittitur.

Nor. 193, *p. 327.* S. Melanii festum 6 Nov. melius probaretur ex Actis num. 31.

Nor. 194, *p. 334.* S. Petrus Abb. Cantuariensis videtur omittendus, donec probetur cultus.

Nor. 195, *p. 333.* Annot. *a.* Etymon Alemanni rectius ab *Ael* nobilis peteretur.

Nor. 196, *p. 330.* Ad annot. *a* adde: Diabolus autem Teutonibus multis *Divel* pronuntiatur, quod si dissolvas et *die-val* dicas, erit: *iste casus seu lapsus*: ad quod apparet hunc auctorem respicere.

Nor. 197. De Tribus Regibus tota tractatio me-

lius ponetur hoc die, quam seorsim de singulis. De eorum Translatione et inventione vide historiam Pontif. Mediolan. Ital. in-8, per Jo. Franciscum Bezozzi *p. 4* et 163. Item Spicil. 8, *pag. 444.* Quomodo eadem impetraverit Ep. Leodiensis, sed morte preventus non pertulerit vide *n. 49, p. 113* et 115.

Nor. 198, *p. 322.* Inter prætermis-  
sos de S. Arthemio Senon. dele 23 Apr. et corrige: Sed hæc Ordinationis ejus memoria est; depositio autem agitur, quando de ipso agemus, xxviii Aprilis.

Nor. 199, *p. 327.* De S. Melanii Translatione Pruliacum vide Chronicum Britannicum.

### IN ACTA SANCTORUM DIEI X JANUARI.

Nor. 200. S. Pauli Eremitæ vita Græca, ex qua suam sumpsisse Hieronymum judicabat Franc. Redi, Patr. Aretinus, medicus Florentiæ eruditissimus exstat etiamnum. Habemus textum græcum ex ms. Bavarico.

Nor. 201. S. Marciani Œconomi auctore Sergio synchono Vita græca exstat: videndum, an, quæ notatur esse in *vat. 1638, f. 176 paginarum 30*, sit ab hac diversa.

Nor. 202. Exstat S. Guilielmi Bituric. Vita stylo primigenio in membrana Cheffletii. Vide Labbe *tom. 2 Mss. p. 97* et *p. 107* et *p. 379* et 388. Miracula ex ms. Reg. Sueciæ. Canonizatio ex Registro Vaticano. Festum Aureliæ. Vide Ann. Aurel. *p. 483* et indicem. Reliquias vide *pag. 642.*

Nor. 203. B. Gregorii X Vita et miracula ex Archivio Placentino conscripta anno 1290. Relatio pro Canonizatione exstat. Item Tabella miraculorum. Decultu ejus apud Antinos vide Castellinum de certitudine gestæ Canonizationis *pag. 438* et seqq.

Nor. 204. S. Guilielmi Bitur. Vitæ compend. et alia quædam ex ms. Bedæ. Vide Chronicon Mon. Autissiodor.

Nor. 205. B. Benincasa Abb. Cav. in Chronico.

Nor. 206, *p. 600.* Ad Senecam Hierosol. Ep. *col. 1.* Adde: Sanctum eum uti omnes primos Hierosolymitanæ ecclesiæ ex Judæis Episcopos vocat etiam Theodoricus Pauli in Chronico universali ms., additque ecclesiam saluberrime rexisset et quiescisse anno Domini centesimo. De festo illius hoc die celebrando, ut de variis facit, nec verbum scribit.

Nor. 207, *p. 627.* De S. Sethridæ sororibus conferenda et forte corrigenda ex dictis 17 Martii de S. Witburga, etc.

### IN ACTA SANCTORUM DIEI XI JANUARI.

Nor. 217. S. Theodosii Vita primigenia per P. Theodorum Episc. Petrarum exstat in Vaticano: habemus integram. Item ex ms. Vatic. quæ de hoc et Sophronio reliquit Cyrillus, qui nullam aliam Vitam scripsit. Item stylo mutato per Metaphrasten ex Vaticano, qualem Latine impressimus: sed miserrima et obscurissima est versio.

Nor. 218. S. Petri Urseoli ex mss. Acta antiqua, ex quibus etiam cultus probatur, exstat.

Nor. 219. S. Leutii Vita prolixissima ex ms. Vallicellano improbata Gallonio. Videtur prorsus omittenda fuisse Vita qualicumque, cum undique appareat fabulosa, et solum de cultu atque translatione agi debuisset, sicut 11 Aprilis egimus de S. Barsanophio.